

peccavi tradens sanguinem iustum; At illi dixerunt; quid
 ad nos tu uideris; & proiecitis argenteis in templo recessit;
 & abiens luqueo se suspendit; Principes autem sacerdotum
 acceptis argenteis dixerunt; non licet mittere eos in corbanam.
 quia pretium sanguinis est; Consilio autem inuito. tulerunt
 ex illis agrum figuli. in sepulturam peregrinorum; propter
 hoc uocatus. e. ager ille acheldemach. hoc. e. ager sanguinis.
 usque in hodiernum diem; Tunc implētum est quod dictum
 est per hanc etiam prophetam dicentem; & acceperunt
 triginta argenteos. pretium ad pretia quem ad pretia
 uerunt a filiis isrl. & dederunt eos in agrum figuli. sicut
 constituit michi dñs; **I**h̄s autem stetit ante praesidem;
 & interrogauit eum praeses dicens; Tu es rex iudaeorum.
 dicit ei ih̄s; tu dicis; **E**t cum accusaretur a principibus;
 sacerdotum & senioribus. nihil respondit; Tunc dicit illi
 pilatus; non audis quanta aduersum te dicunt testimonia
 & non respondit ei ad ullum uerbum. ita ut miraretur praeses
 uehementer; **P**er diem autem sollemnem. consueuerat
 praeses dimittere populo. unum uinctum quem uoluisset;
Habebat autem tunc uinctum insignem. qui dicebatur barabbas.
 Congregatis ergo illis. dixit pilatus; quem uultis dimitta
 uobis. barabbam an ihm̄ qui dicitur xps. sciebat enim qd
 per inuidiam tradidissent eum; **S**edente autem illo pro
 tribunali. misit ad illum uxor eius dicens; nihil tibi & iusto
 illi. multa enim passa sum hodie. per uisum propter eum.
Principes autem sacerdotum & seniores. persuasuerunt popu
 lis. ut peterent barabbam. ihm̄ uero perderent; Respondens
 autem praeses ait illis; quem uultis uobis de duob; dimitta. At
 illi dixerunt. barabbam; **D**icit illis pilatus; quid dignatur facia
 de ih̄u qui dicitur xps. dicunt omnes. crucifigatur; At illis

Th ccc xx
 Th cc
 L cccii
 q elxxxvii

Th cccxxii
 Th cccii
 L cccviii

Th cccxxiii
 Th ccciii
 q elxxxviii

Th cccxxiiii

Th cccxxv
 Th ccciiii
 L cccix
 q elxxxix

Th cccxxv
 Th cccv
 q elxxxix